Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

signo per mysterium sacerdotum exire cogatur. qui & in
discipulos suos insufflasse & spm inmundas increpasse legit;
Vnde & exorcizatur idem malignus sps ut exeat & recedat
ab illo plasmate. quod iam dudum per peccatum primi hominis
possidebat; & quia non est uxta aptm conuentio xpi & belial, nec
societas lucis ad tenebras. egrediantur tenebre & lux uera xps
ingrediatur; Exorcismus praeter ea est sermo increpationis siue
conuinationis. unde & in actibus apostolorum exorcistae fuisse le
guntur. & sca ecclesia inter gradus ecclesiasticos exorcistarum
habet ministerium. sciendum namq; est quia cum exorci
zatio fit, ille procul dubio exorcizatur qui & baptismati & saluti
fidelium & omnibus uirtutibus contrarius est; Illo enim exorcizato
siue expulso. diuini uerbi condimentum credentibus datur; &
id circo hi quibaptizandi sunt salem in sacramento accipiunt.
ut eius gustu condimentum sapientiae percipiant. neque a sapo
re xpi desipiant. & sint insulsi & fatui; post exorcizationem
& exsufflationem. simbali sequitur traditio;
Quod simbolum grece. latine indicium uel signum uel conlatio
inter pretatur; indicium. quia per id indicatur fidei integritas.
signum. quo deo bene retento & intellecta. fideles ab infidelib;
discernuntur; conlatio. quia in eo apti omnem fidei integri
tatem contulerunt. quod autem omnes pari fidei sinceritate
corde retinebant ore confessi sunt; & singuli proprias senten
tias conferentes simbolum idest totius fidei conlationem edi
derunt. Discessuri enim ab inuicem. normam futurae pre
dicationis incommune statuerunt. ne localiter ab inuicem
discedentes. diuersum aliquod uel dissonum praedicarent;
Decentissimum namq; & utile erat. ut quibus erat anima
una & cor unum in dno. & quos sci sps afflatus uegetabat. & iam
unius fidei confessio exornaret; neque enim dirimi in aliquo
uel poterant uel debebant. qui uinculo nectebant.
Fides quae in hoc simbolo continetur. ita ab his quibaptizandi sunt
intellegi debet. ut credant in dm patrem ompm creatorem omnium
uisibilium & inuisibilium. quia solus quia non est de alio. ideo solus
appellatur ingenitus. & in ihm xpm filium eius p quem omnia
facta sunt. Uerum dm unigenitum. uerum q; di filium non
factum aut adoptiuum sed genitum. & unius cum patre substan
tiae. atq; ita pomnia aequalem do patri ut nec tempore nec